Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bitabo cum eo. et ñ turbabit amplius.
nec addent filii iniquitatis ut affli
gant eum sicut prius ex die qua constitui
iudices super plebem meam israel. et requi
em dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. p
dicetq; tibi dñs. qd domum faciat tibi dñs.
cumq; completi fuerint dies tui. et
dormieris cum patribus tuis. suscitabo semen
tuum post te. qd egredietur de utero tuo.
et firmabo regnum eius. ipse edifica
bit domum nomini meo. et stabiliam
thronum regni eius usq; in sempiternum.
.v. Ego ero ei in patrem. et ipse erit
mihi in filium. Qui si inique aliqd gesserit
arguam eum in virga virorum. et in pla
gis filiorum hominum. misericordiam autem
mea non auferam ab eo. sicut abstuli
a saule. que amovi a facie mea. et fide
lis erit domus tua. et regnum tuum usq;
in eternum ante faciem meam. et thronus
tuus erit firmissimus. .vi. Se
cundum omnia verba hec et iuxta uni
versam visionem istam. sic locutus
est nathan ad david. Ingressus est
autem rex david. et sedit coram dño
et dixit. Quis ego sum dñe deus meus. et que
domus mea. quia adduxisti me usq; huc.
Sed hoc parum visum est in conspectu
tuo dñe deus meus. quia dilexisti me. nisi
loqueris etiam de domo serui tui in
longinquum. Ista autem lex adam dñe deus.
.vii. Quid ergo addere poterit adhuc da
uid dñe ut loquatur ad te. Tu enim seis
seruum tuum dñe deus. Propter verbum tuum
et secundum cor tuum fecisti omnia magnalia
hec. ita ut notum faceres seruo tuo. Ide
circo magnificatus es dñe deus. quia non est
similis tui. neq; est deus extra te in omnibus
que audiuimus auribus nostris. .viii. Que
est autem ut populus tuus israel gens unica.
propter quam iuit deus ut redimeret eum
in populum. et poneret sibi nomen faceretq; eis
magnalia et horribilia super terram afa
cie populi tui que redemisti ex egypto.
gente et dii eius. et firmasti tibi populum tuum
israel in populum sempiternum. et tu dñe factus
es eis in deum. Nunc ergo dñe deus verbum
quod locutus es super seruum tuum et super domum
eius suscita in sempiternum. et fac sicut locutus
es ut magnificetur nomen tuum usq; in sem
piternum atq; dicatur dñs exercituum deus
super israel. et domus seruiti tui dauid erit
stabilita coram dño. quia tu dñe ex
ercituum deus israel reuelasti aurem seruiti
tui dicens. domum edificabo tibi.

Et Rex Dom. Sexta.

David senuerat. habebat
que etatis plurimos dies.
Cumq; operiretur uestimentis. non
calefiebat. Dixerunt ergo ei seruisui. Que
ramus domino nostro regi adolescentulam
virginem. et stet coram rege et foueat
eum. dormiatq; in sinu suo et calefaci
at dominum nostrum regem. .ii. Quesierunt
ergo adolescentulam speciosam in omnibus fi
nibus israel. et inuenerunt abysac sunamitem